

ille Dyonisius, natione Romanus, cognomento Exiguus, qui in tabula sua, quam pro magno cyclo ex quingentis triginta duobus annis constituto composuit, cuius quidem cycli presens annus est tricentesimus octogesimus primus – quotus etiam erat annus domini nongentesimus duodecimus, et similiter tricentesimus octogesimus, et alias nullus post Christi nativitatem, eo quod modo curretⁱ tertius dumtaxat a Christo nato cyclus magnus – posuit pro anno eiusdem cycli iam currente nullas epactas, concurrentes anniⁱ tres, lunam quartamdecimam mensis paschalis, qui Hebrayce Nysan dicitur, nonas Aprilis, diem dominicum pasce pridie idus Aprilium et eiusdem paschalis festivitatis lunam vigesimam primam. 5 10

[§4] Constat et huic parti venerabilis ille presbiter, dominus scilicet Beda², in suo computo. Taceo maxime auctoritatis magistram sanctam scilicet ecclesiam, que suo in calendario locum clavium septuagesime ponit in crastino Epiphanie domini, a quo loco, si numerum clavium, uno sibi adiecto propter bissextum, scilicet XXVII^k, numeraveris, terminabitur numerus ille ipso purificationis die. Cum autem terminus et festum numquam celebrentur eodem die, necesse est dominicam sequentem septuagesime cedere. Cui³ concordat computus ecclesiasticus, qui ideo ecclesiasticus dicitur, quia practice ecclesie ancillatur. 15 20

[§5] Positis sic ad lucem partibus cum suarum auctoritatum testimoniis, superest videre que pars cui parti veniat preferenda. Cuius rei iudicium tanto fiet facilius certiusque quanto causam mobilitatis pasce et aliorum festorum mobilium attentius atque limpidius intuemur. Tunc enim unumquodque scire arbitramur, cum eius causas cognoscimus. Causam⁴ autem huius mobilitatis nullus arbitretur esse aliquam 25

i) currat *MbMg.* j) *om. Ml.* k) 27 *Mg.*

rationem paschalis computi omnino utilis per 532 annos ab evo in evum sine errore revolvitur in seipsum. Vgl. *Reinher von Paderborn, Computus emendatus I.10*, ed. VAN WIJK (wie S. 134 Anm. 76) S. 24: Ipse vero Dionisius DXXXII^{orūm} annorum dies paschales ordinavit, quibus evolutis idem a principio ordo repeteretur.

2) Zu Beda – computo vgl. *Beda Venerabilis, De temporum ratione*, ed. Charles W. JONES, in: *Beda Opera VI/2* (CC 123B, 1977) S. 263-544.

3) Zu Cui concordat – 140,20 ancillatur vgl. *Computus ecclesiasticus c. 23* (Hs. London, British Library, Add. 27589, fol. 26va-27ra); Johannes de Sacrobosco, *Computus ecclesiasticus*, in: *Ioannis de Sacro Busto Libellus de Sphaera* (1538) fol. G7v-Hv.

4) Zu Causam – 141,8 observatum vgl. Hermann Zoest, *Phaselexis c. 6* (Clm 18470, fol. 10r-v): Nunc de Montanis est agendum, qui non lunares ciclos, sed solares observabant. ... Nam si sacratissimum pasche festum non secundum lunares cyclos coleretur, sed secundum solares, sine dubio contingeret sepiissime eclypsim solis die parasceves accidere. Et sic naturale estimaretur quod secundum evangelium miracu-